

1447. die 25. Augusti. Ex Orig: Arch: regni: 163.

Joannes De Sedlno cavet fidejussori:
bus, quod arcem Krzepicze tradet, cui
rex jussit &c.

37
Nos Mscugius De Regschicze iudex
et Nicolaus De Grabno subiudex terre Sy:
radicensis generales, serenissimo Domino
et Domino Maximiro rege Poloniae ad id per:
sonaliter existente. Significamus tenore
presentium, quibus expedit universis pre:
sentibus et futuris, ad quos praesens scriptum
fuerit devolutum. Quod regali in iudicio
in nostra ac magnificorum strenuorum
nobiliumque Dominorum infrascriptorum
praesentia personaliter constituti strenui
nobilesque Domini, Petrus De Wydawer Ni:
colaus Handa De Konary, Johannes De Bab:
by, Stanislaus De Sadaqua, Jacobus De Prze:
cznye, Minogneus De Lypnyca heredes sponte
fasse sunt, et recognoverunt, quia fidejusse:
runt pro nobili Domino Johanne De Sedlno
tenentario Crzepicensi, quod castrum pre:
fatum Krzepicze fideliter pro Serenissi:
mo Domino et Domino Maximiro rege Po:
loniae et sua Corona tenebit et diriget, de
ipso castro cedet et resignabit, dum pecu:
nia ipsa Domino Johanni De Sedlno per re:
giau Majestatem, aut cui dominus rex,
committet praefati castri exolutionem
fuerint exoluta illa pecunie, quas Domi:
nus

mus rex, cum suo consilio reperiet et in:
veniet, justas et veras, quas ipse Domi:
nus Johannes tenentarius Krzepicensis
in prefato Castro Krzepicze obtinet inscri:
ptas suo avunculo olim Maszikon. Quod
si prefatus Dominus Johannes de ipsa
inventione et decisione, et summa de
ipsis pecunijs serenissimi Domini regis,
et sui consilij nollet stare contentus et
castrum prefatum Domino regi et sua
Corone in pecunijs juste inventis nol:
let condescendere, extunc nos prefati fi:
deiusores, suis nostris bonis omnibus mo:
bilibus et immobilibus, que nunc de pre:
senti habemus et tenemus, aut in futu:
rum quomodocumque habere continge:
rit, nos inscripsimus, et tenore presen:
tium inscribimus prefata bona nostra he:
reditaria, mobilia et immobilia, quacunq:
ea nunc cessimus, et in manus Serenissi:
mi Domini Maximi regis Poloniae et sua
corone resignavimus, presentibusque in
scribimus et resignamus, ita quod ipsa
nostra bona, sine quacumque resistencia
pro ipso Domino rege spectabunt, et spe:
ctare debent perpetue et in arum, pro
quibus bonis nos prefati fideiusores, nul:
la contradictione, jure, verbo, aut quocun:
que colore dicere et se opponere debe:
mus



165.

mas, sed perpetuum silentium pro eis:
Deum habere volumus ipso facto, harum
nostra quibus sigilla sunt appensa testi:
monio literarum. Actum et Datum in
Byotrkou feria sexta in crastino beati
Bartholomaei, tempore conventionis
generalis. Anno Domini Millesimo qua:
dringentesimo septimo.
Presentibus, magnificis strenuis, gene:
rosisque viris Dominis, Nicolao De Brze:
szye Marsalione supremo regni Poloniae,
Harande Palatino terre Syradiensis, Pe:
tro De Gan iudice Poznanieusi, Nicolao
Dito Obulecz De Gory iudice Cracovieusi,
Andrea Waszikon de Wola Syradiensi
generali Notario, Petro De Wydawa, Johan:
ne De Moszennycza, Jacobo de Trzepnyca,
Michaeli De Dzyathkowycze, Johanne Szum:
kyelka de Kamoczyno, Nicolao De Kapyce
Nicolao de Lothlym et Markusch De Ka:
moczyno, ac alijs quam pluribus testibus
fide dignis ad praemissa.

Ta Kopia przepisana z oryginalna
paryaminowego dnia Gimnastego
miesiaca Lutego Roku Pauskiego
1785go, u ktorego dotu wisi na ta:
wia skach paryaminowych pieczek:
ci dwie.

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and orientation.]